Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



circumducere totum corpus. Pendet hic uersus a superiore. Si qs inqit
in uerbo non offendit hic perfectus est uir: et hic potens est et iam frenare
circumducere totum corpus. Quod est aperte dicere. Si quis lapsum linguae
quae pene incurabilis est cauet. hic est iucundine fixa et de eminen
tiae et iam ceteta corporis membra quae facile castigari possit. ne a
recto itinere diuertant discere obseruare. Si autem equus frenos
in ora mittimus ad obsequendum nobis. et omne corpus illorum circumfer
imus. subaudi. quanto amplius magis deos ut nobis ipsis frenum et
continentiae in ora mittamus ad obsequendum eorum nutum. quem per
linguae continentiam custodiam operum quoque rectitudinem obtinere queamus.
Quod si ut quidam codices habent legerimus. sicut autem equus frenum
in ora mittimus nihil questionis erit quia eiungit ad hoc quod
in sequentibus dicit. ita et lingua modicum quidem membrum est. et cetera.
Ecce et naues cum magnae sint et a uentis ualidis minentur circum
ferunturque a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis uoluerit. Naues
magnae in mari mites sunt hominum in hac uita siue bonorum
siue malorum. uentis ualidis aquibus minantur ipsi appetitus
sunt mentium. quibus naturaliter cogunturque aliquid agere per quod ut ad bo
num ut ad malum pueniant sine gubernaculum quoque huiusmodi
naues circumferunt ubi impetus dirigentis uoluerit ipsa cor
dis intentio est qua electi transgressis huius seculi fluctibus feliciter
patriae celestis portum attingunt reprobi autem quasi scilla uel
carybdi necati fluctuosis uitae huius erroribus quos desertae nesci
ebant interiunt. Et quia ex habundantia cordis os loquitur
recte subiungit. Ita et lingua modicum quidem membrum est.
et magna exaltat. Magna utique primum exaltat si eam im
petus dirigentis bene gubernant iuxta illud salomonis